



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Venæ, Sanguis.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

474      *Pars secunda de elevatione  
tris ejus Job. 40.* Bemoth sylvestre animal, sym-  
bolicè Diabolus est , qui vires accipit à propria  
carne nostra ad nos debellandos per sensum ta-  
ctus in lumbis & umbilico. *Sed qui sunt Christi,*  
*carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concipi-  
scentiis.* Gal. 5. *Anfer à me ventris concupis-  
cias , & concubitus concupiscentiae ne apprehendant  
me.* Eccli 23. *Esca veniri & venter escis Denuo  
autem & hunc & has destruet.* 1. Cor. 6. *Male  
bestia ventres pigri.* Tit. 1. *Erit justitia cingulum  
lumborum ejus , & fides cinctorium renum ejus.*  
Is. 11. *State succincti lumbos vestros.* Ephes. 6.  
Qui spiritualizantes se & foimenta querunt, hu-  
fuscemodi Christo Domino non serviant, sed suo  
ventri, & per dulces sermones NB. & benedictiones  
seducunt corda innocentium. Rom. 16.

*Vene, Sanguis.*

**V**ena vitiæ os justi. Prov. 10. Dereliquerunt  
venam aquarum viventium. Jer. 17. Fons  
turbatus pede & vena corrupta justus cadens coram  
impi. Prov. 25. Quia sicut fons cœno per pe-  
dem commoto non amplius servit pro speculo,  
& vena, id est, aquæ ductus infectus non trans-  
mittit , nisi aquam corruptam ad fontem. Sic  
justus coram vel advertente peccatore ejus pec-  
catum ebrietatis, iræ, impudicitiae non prodet  
amplius , sed potius nocet peccatori. San-  
guis Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ.  
Matth. 23. Et sanguis omnis innoxius fusus cla-  
mat vindictam in cælum. Hoc Princeps ejus-  
que

que Ministri ad injustum bellum initiantes considerent. Qualis angustia Christi in horto ! quæ fecit guttas sanguinis decurrere in terram. Luc. 22. Non acquevi carni & sanguini. Gal. 1. Lavat nos in sanguine suo. Apoc. 1. Domine ultimam guttam de vovo sponsæ tuæ Ecclesiæ, quam in sanguine tuo tibi desponsasti. Quæ utilitas in sanguine meo ? Ps. 29. Hoc Christo paucitatem salvandorum ex propria hominum malitia in horto consideranti sanguineas excusat lacrymas.

*Stomachus, Renes.*

**N**oli adhuc aquam bibere ( quæ alias erat potus Virorum SS. ) sed modico vino utere propter stomachum tuum , & frequenter infirmitates tuas. 1. Tit. 5. Si modico non asquiescis, saltem ne excede. Hoc enim nullum hominem, multò minus te decet. Nunquid sapiens respondet quasi in ventum loquens ( pro seriis reddet vana & impertinentia verba ) & implebit ardore stomachum suum. Job. 15. cum ira. Ego sum scrutans renes. Apoc. 2. Cor tabescens & dissolitio geniculorum , & defectio in cunctis renibus. Nahum. 2. Prophetæ id inter cætera mala à Chaldaëis inferenda prædictit Ninivitis , sed hæc tria in le quoque experientur luxuriæ assueti.

*Dentes.*

**D**entes ejus ut dentes leonis , & molares ejus, ut catuli leonis. Joel. 1. Hoc Prophetæ dicit de